

102

100

106

gelium legant et ne philosophiam addiscant, quia per utrumque recessus ab Alcorano pararetur. Sed et hoc compertum habemus, quod eorum prudentes Evangelium et Pauli epistolas frequenter et libenter legant occulte tamen et clam; tamen nulla ratione illam sectam retinent, et sub poena mortis prohibent, ne quis Evangelium legat aut praedicationem audiat, sed praedicantes mox trucidant.

096

Moscheas etiam vel ecclesias suas nobis claudunt et nequaquam intromittunt et intraeuntes Christianos perimunt, maxime quando quis ingreditur tempore, quando orant et praedicant, ne audiamus eorum fatuitates et videamus eorum turpitudines. Credo enim, quamvis non legerim, ex quo ita occultant res suas a nobis, quod aliqua turpia ibi agantur, quae nos latere volunt. Sicut Augustinus, ubi supra, refert de gentilium sacerdotibus, qui celiabant vulgo theletas, i. e. purgationes quasdam; faciebant enim in occulto sacrificia quaedam nefanda omnino, quae populus horruisset si ad ejus notionem pervenissent. Immolabant enim in occulto saepissime infantes et mulieres praegnantes et multa talia horrenda in occulto faciebant. Sicut legimus de Juliano Caesare, qui hic apud Carras occulte in templo suspendit mulierem ad capillos, eamque divisit per medium et in jecore ejus quaequivit scientiam futuri eventus belli. Et Eusebius narrat de Maxentio, qui quaequivit mulieres nobiles praegnantes, easque per medium scidit et in extis infantum divinationes quaequivit. Sic profecto suspectos habeo Saracenos de aliquibus occultis turpitudinibus, quamvis ritus in se manifeste sit pessimus et turpissimus.

111

Porro patres Veteris Testamenti etiam habebant quaedam occulta, ut Sanctum Sanctorum, ad quod non nisi summus sacerdos ingrediebatur semel in anno, ut dicitur Hebr. IX. 25. Et arcam testimenti, quae prohibita fuit communi populo videri sub pena mortis, ut habetur Numer. 4. Sed ibi nulla fuit turpitudine, sed insignia fiebant. Apud nos nihil occultum est et omnia patent, sacramenta, omnia mysteria aperta sunt, leges nostrae omnibus praedicantur. Sed hoc est bene verum, quod nostra sanctissima sacramenta sunt nimis communia, in tantum ut pereat quasi omnis reverentia saecularium ad ea; quod praecavent Graeci, quos in hoc laudo, quia missas suas celebrant circumdati cortinis et conclusi ostiis, ne populus irreverentiam concipiat, sicut apud nos contingit.

091

Ecce, frater, quomodo iterum per diversa evagatus sum, cum

151

051

201

001

Ende

Anfang

